



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani, Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

De Sancto Alexio Confessore. De Sancta Maria Magdalena, ... Aquila  
Imperii Biceps, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

Quin etiam a meta jaculans hoc longius errat,  
Ad metam propius quo venit ille suam.

D E

SANCTO ALEXIO CONFESSORE.

*Cum ejus Sacellum Paderbornæ apud Abdinghoffenses Cœnobitas  
solemni ritu dedicaret. Anno M. DC. LXXIII, XVII. Julii.*

Nec famulus te noscit herum, nec mater  
amatam

Progeniem, sponsum sponsa nec ipsa suum.  
Et fueris sponsæ, matrique ignotus amanti,  
Dum magis hinc summo notus, ALEXI, Deo es.

D E

SANCTA MARIA MAGDALENA,

*In gratiam neptis suæ Mariæ Magdalensæ Baronis de Furstenberg,  
nuptæ Joanni Adolpho Baroni Wolff Metternich ex Gracht,  
Dynasta in Lubbelar & Oedendahl.*

SPARGIT, odorifera quæ pyxide balsama servat,  
MAGDALIS in dominos officiosa pedes;  
Et lacrimis udos deterget crinibus. O quis  
Pyxide fragrat odor, pectore flagrat amor!

AQUILA IMPERII BICEPS,

TROPÆUM VESTPHALIÆ.

CÆSARIS augustas Germania grata volu-  
cres

Virtuti debet, Vestphala terra, tuæ.  
Teutoburgenses Latio cum Sanguine Cannæ  
Undarunt, Varum cæde premente Ducem.

L